mus:ꝙ ꝯcesso sibi aiam sm Arist.intellig̃ nō posse sine
phātasmate:minus malū est,ꝛ minus cōtra physicas rō/
nes asserere ipsam eē imortalē:qm̄ ex hoc nō seqtur nisi
Arist.sibiipsi ꝯdicere:qd nō dз videri absurdū:cum ipse
nullibi de imortalitate per se disputauit:quare solū seq/
tur Arist.nō sibiipsi ꝯstare:qd minus turpe est,q̄ dicere
aiam cum corpe mori:qñquidē cōplura Ari.decreta im/
mortalitatē pbāt,q̄ mortalitatē. Ulterius dico ꝙ min⁹
cōtra physicas rōnes est asserē ipsam remanē ociosam:
q̄ cum corpe mori:vnde si teneremus sm Ari.aiaз nul/
lo pacto intellig̃ posse sine phātasmate,ꝛ ipsam eē imor
talē:seqtur aias ipsas post mortē remanē ociosas:qr sine
proprijs opationib⁹.Cōcedē aūt finita vel infinita indiui/
dua alicuius spēi frustra eē:modo nō de tota specie cōce
dat̄:nō est ꝯtra physicas rōnes:boni nāq3 phi asserūt cen
trales terrę ptes eē corruptibiles,quę nunq̄ corrūpent̄:
ꝛ tn̄ appetit⁹ corruptionis nō est frustra:qm̄ in specie sal/
uari pōt. P. Forma ignis aliqua est infinito tpe futuro
gn̄abilis:quę nunq̄ gn̄abit̄:ꝛ tn̄ nō est frustra. Sufficit
enim vt aliqua sui spēi gn̄etur.Sic igit̄ indiuidua eē fru
stra,modo tota spēs nō sit frustra:pbibet nihil,Animas
itaq3 nō oēs eē frustra ꝯcedi pōt,modo semp aliqua aia
attingat opationē sibi nālez:vt est in casu nr̄o.Semp.n.
aliqua aia in corpore est,quę itelligit: ꝛ semp aliqua aia
est,vtpote separata:quę nihil intelligit.ergo aliquas aias
frustra esse,vtpote separatas,nō est ꝯtra physicas ratio/
nes.At dicere intellectiuā aiaз mori cum corpore,est cō/
tra physicas rōnes,vt visum est:quare minus malū erit
cōcedere aias frustra esse sm indiuiduū,q̄ eas mori cuз
corporib⁹.Accedit ꝙ sanctissimi doctores hoc nō abhor

rēt,de his aiabus:quę remāserūt post obitum eorū cor/
porum:quę in vtero corrupta fuerūt. Hę enim aię cuз nihil
in corpibus intellexerūt,nihil,vt arbitror,itelligēt post
obituз,nisi aliqua deo p̄mittēte:aut supiore substātia re
uelāte:aut per alium modū. P. Aię maleficorum hominū
beatitudine priuātur ppetuo:quā nāli desiderio appetūt:
ergo frustra sunt:cuз nunq̄ ad finē ad quē istitutę sunt,
ventur ę sunt:ergo pbibet nihil illas frustrari:modo ali/
quę in specie sint,quę finem illū attingāt. Quare dicere
aias separatas frustra esse vel aliquas tales:nō est ꝯtra
physicas rōnes:modo nō de oibus in tota specie hoc cō/
cedat̄.At dicere animas cum eorum corpibus mori,ꝛ ꝯtra
physicas,ꝛ cōtra catholicas rationes esse videtur.hacte/
nus de primo modo.

Secūdus modus,quo refutat̄ eadē suppositio.ꝛ iterū
disputat̄ an aia possit sine phātasmate itellig̃.Cap.LX.

Hactenus pro opinione,nūc pro vitate dicen/
dū erit.Aiaduersione ergo dignū de ipso in/
telligere Ari.dissentire a Platone,naз Pla/
to voluit intellig̃ in nobis,accedere intrin/
secus,vtpote per spēs aię inatas,iuxta queз
modū phātasma nō reqritur ad intellectionē aię,sed ad
intellig̃ nostrū:qd est quoddā reminisci. Nō enim sm
Platoneз intellig̃ causat̄ a rebus sensibilib⁹,sed est aię
cōnatū:at nos ex phātasmatibus reminiscimur. Scdm
Aris.aia nō intelligit sine phātasmatib⁹,nō enim in illa
fieri potest alicuius rei spēs,aut itellectio,aut notio,nisi
phātasma in ipsa spēm fecerit,aut notioneз,aut aliqd in
ea genuerit,per qd aia quasi actuata,ꝛ specificata,redu/
cat se ad intelligēdū:vt Simplicius ait in post p̄dicamē
tis.Uñ doctissimus Simplicius in post p̄dicamētis ima
ginat̄ aiam pati aliqd ab externo motore:qd Aris.ex eo, Caplo de actione.
qr talis externus motor est in vtute phantastica:phanta/
sma appellat.Istud vo qd a phantasmate patit̄:Themi/
stius noesem aliqñ appellat,aliqñ noema,Ari.nūc spēз,
nūc formā,nūc notionē:hac aia ipsa reddit̄ actuata,quę
postq̄ sic affecta,actuata est,elicit suū itelligere,ꝛ iudi/
cat per talē spēm:hoc vbiq3 Ari.appellat intellig̃:pptē/
rea dicit aiam nequaq̄ itelligere sine phātasmate,quate
nus ab illo accepit formā,atq3 actū,e quo actuata intel/
ligit atq3 eius opationē eligit,hęc Simplicius:qua rōne
fit,vt phātasma non sit necessariū tanq̄ causa imediata
ad ipm itelligere:vt arbitrat̄ Pōpo.sed tanq̄ causa me
diata:quę ꝯcurrit ad gn̄ationē p̄mi actus,quę est forma
aię.Utruз vo postq̄ talis p̄mus actus fact⁹ est in aia:aia
possit itelligere sine phātasmate,supius declarauimus.
Diximus.n.phātasma eē nec̄iuз per accidēs.qr pro itelli
gere ipsius aię duз est in corpe. Cū.n.aia est in corpe:ipsa
nec̄io vtutib⁹ sensitiuis ꝯnectit̄:ppterea itellig̃ nō pōt,
qn itelligat vle in singulari phātasiato:ꝛ ita nō sine phā
tasmate. At pro intellig̃ aię actuatę in se,vt aia actuata
est,nō est nec̄ium:qm̄,vt recte Simplici⁹ inqt,aia actua
ta ab eo,qd a sensibilib⁹ accepit,qcqd illud sit,hз id oē:
quo pōt eius actū per se elicē.quare phātasma eē nec̄iuз
ipsi aię pro eius itellectiōe,bifariā itelligi pōt,aut quate
nus aia nōduз aliqd accepit a sensibilib⁹,aut q̄tenus aia
effecta est in actu a sensibilibus:p̄ mō aia sine phātasma
tib⁹ nequaq̄ itelliget:cuius 3riū Plato autumat:qui vo/
luit aiam in illo p̄ori in quo p̄cedit corpus,ꝛ in quo nihil
accepit a sensibilib⁹,itellig̃,vtpote per spēs inatas.Se/
cūdo vo modo.s.quatenus a sensibilib⁹ actuata est,bifa/
riā intelligi pōt,aut simplr,vt aia actuata,ꝛ sic non eget
phātasmate:qm̄,vt Simplici⁹ dicit,habet id omne:quo
suū actū elicere pōt.aut,vt corpori vnita,ꝛ sic elicere nō
pōt eius actū sine phātasmate,hoc est,qn oīm vle intel/

ligat in singulari phātasiato: ⁊ qn sensus iterni actu operenī. Hoc aūt, vt diximus, accidit aię actuatę vt actuata est. Unde vt visus colores pcipe non pōt, sine pariete, lʒ parietē nō pcipiat: sic aīa corpori vnita vlia pcipe nō potest, sine phātasmatibus: in qbus sunt: lʒ nō necio phātasiata pcipiat. Ex his apparet ppulchre quatenus aīa nequaq̄ sine phātasmate intelligē pōt, qm̄ elicere non pōt eius actum, qn aliqd accepit ab ipsis phātasmatibus. pʒ insup recte Ari. argumētatū esse ɔtra Platonē, si nullus operū est aię ꝓpriū: ipsa nō pōt eē separata hoc est facta ante corpus: vt Plato dicit: lʒ in futurū possit esse separata. Qm̄ vo nullū operū ꝓpriū sit, ex eo pʒ: q2 intelligē aut phātasia est, aut nō sine phātasia: qm̄ aīa nō pōt elicere suū actum, nisi pafecta ab ipso phātasmate: quę oīa cuʒ Pōpon. nō recte ꝑlibrasset, detrusus est ad opinionē illam falsam. Utrū vo aīa a phātasmatibus accipiat actū pᵐ sine ɔcursu agētis intellectᵒ, ⁊ ad qd necium sit intellectus agēs, in Cōmētariis de aīa: quę nuprime ɔficimus, ppulchre disputauimus. Nūc vo pro veritate satis sit nobis asserere aīam itelligē nō posse, fm Arist. sine phātasmatibus hoc est, qn aliqd accepit a phantasmatibᵒ: quo accepto ipsa eliciat actū suū. Utrū vo possit intelligē per aliū modū ⁊ in corpe, ⁊ post mortē, Postea dicemus.

C Soluitur pma ratio, ⁊ declaratur quomodo anima sit actus corporis. Cap. LXI.

His dilucidatis, nūc ad rōnes Pōpo. accedamus. Argumētaē ergo pmo: Aīa est actᵒ corporis, ergo in opando depēdet a corpore. vbi pʒ pmo eius argᵐ nō valere: qn̄quidē quęlibet cęli aīa est actus cęli: quę tn̄ in itelligēdo a cęlo nō dependet, nec, vt a subiecto: nec vt ab obiecto: ꝓpterea aīaduersione dignū formā aliquā actuʒ corpis esse/posse bifariā intelligi, aut depēdēter: aut independēter: dependēter qdeʒ, hę formę sunt corporis actᵒ: quę ab ipso corpe dependēt in esse, ⁊ ɔseruari: vt elemētarię formę, ⁊ cęterę id genus: ⁊ tales formę in opando depēdent a corpore ⁊ vt a subiecto, ⁊ vt ab obiecto. Independēter vo hę formę sunt, e qbus corpus qdeʒ depēdet, ipsę vo a corpore minime: vt cęlorꝫ, ⁊ hominū aię: ⁊ tales in opando a corpe per se nō depēdēt, nec vt a subiecto: nec vt ab obiecto. Per accidēs vo depēdere pn̄t, saltē aię hoium, quę dum sunt actus corpis ab illo dependēt, vt ab obiecto: pn̄t etiā depēdere a corpore in acqsitione pmi actus, quo reddanē actuatę, ⁊ pfectę in eliciēdo fm actū, vt dictū est. patet ergo quatenus pma Pōpo. ratio nō cogit, ⁊ quō itellectiua ipsa aīa actus est corpis quasi ęquoce: veluti cęli aīa est cęli actus: vt dicebat Auer.

C Refutaē 2ᵃ Pōpon. ratio ⁊ declaraē quo modo intelligere per phantasma est essentiale, ⁊ quo modo accidentale animę. Cap. LXII.

Pręterea argumētaē, aīa itelligit per phantasma, igiē hic intelligendi modus erit aię, aut eēntialis, aut accidētalis: ⁊ si accidentalis alius erit eēntialis: qui nō videtur. Diximus supius aīam itelligē per phātasma, vt Simplicius dicebat, quātuʒ ad acqsitionē spērum intelligibiliū: nō aūt postq̄ eas acqsiuit: naʒ postq̄ aīa accepit spēs a phātasmatibus, ipsa sic actuata pōt elicere actum suū. Diximus etiā ipsam postq̄ spēs acqsiuit dum est in corpe: egere phātasmate eo modo quo visus pcipiēdo colores eget pariete: nam vt colores eē nō pn̄t sine pariete: ita vlia sine phātasmatibus: quę sunt singularia phātasiate exn̄tia in corpe: q2 vt visus pcipit colores in pariete: ⁊ parietē tūc nō pcipit: sic aīa pcipit vlia in phātasmatibᵒ: ⁊ illa nō pcipit: ergo sicut visus nō videt sine pariete: ita aīa dū est in corpore: nō itelligit sine phātasmate. Absolute tn̄ aīa postq̄ species acqsiuit, pōt intelligē sine phātasmate: est tn̄ hęc dīa q aīa in corpore existēs aliq̄ corporali nō eget, qd ad itelligēdū simul cuʒ itellectu sit pnᵐ itellectualis opationis: sicut in visu accidit: nō. n. visionis pnᵐ est visus tm̄: sed oculus: qui ex visu, ⁊ pupilla ɔstat. Si vo itelligere per phātasma nō est eēntialis aię itelligēdi modus: sed accidētalis: pʒ q eēntialis modus erit per spēs: nō. n. aīa intelligē pōt sine spēbus: aut quas accepit a phātasmatibus: aut quas accepit aliūde, vt catholici asserūt. Ari. aūt voluit eēntialē itelligēdi modū ⁊ aię ꝓpriū quo ipsa entia nālia itelligit eē per spēs a phātasmatibᵒ acqsitas, Plato vo per spēs, cuʒ aīa inatas. Catholici vo per spēs aut a phātasmatibᵒ acceptas, aut aliūde influxas: verum de horꝫ differētia nūc satis: quia postea plura dicemus.

C Refutaē 3ᵃ ratio, ⁊ declaraē aīaʒ nō itelligere nisi per vnum intelligēdi modū fm Ari. Cap. LXIII.

Pręterea argumētabaē, vniᵒ eēntię vnus est opandi modus: at aię vna est eēntia, ergo nō pōt itelligē nisi per phātasma. Sed ex his pʒ hāc rōnē friuolā eē: diximus. n. nō itelligere aīaʒ, nisi per vnū modū. s. per spēs rerū: quas itelligit: siue illę sint acceptę a phātasmatibᵒ: siue aliūde influxę. Diximus ēt aīaʒ nō itelligē nisi per vnū modū. s. quatenus itelligibilia actu sunt itellecta: siue illa actu intellecta sint recepta a rebus: siue aliūde, vt posteriᵒ dicemus: tn̄ aīa cum sit vniᵒ simplicis eēntię: nō nisi per vnū itelligēdi modū itelligit, qo qcqd intelligit, intelligē videē, quatenus est in actu. Hic eniʒ est ꝓprius: ⁊ eēntialis eius opandi modus: de quo supius diximus.

C Refutaē 4ᵃ ratio: ⁊ exponiē quatenus aīa nunq̄ mutat suum intelligēdi modum siue ipsa sit in corpore: siue extra corpus. Cap. LXIIII.

Argumētaē insup: si aīa post morteʒ intelligit sine phātasmate: mutaret suuʒ itelligēdi modū: ⁊ itelligeret, veluti suba separata cęlestis intelligit. Sed in hac rōne duplr erratur: pmo q2 aīa semp seruat suū intelligēdi modū: qui est itelligē omne, quod itelligit, vt est in actu: vndecūq̄ illud actu sit. Cuʒ. n. est in corpore: nō itelligit qd itelligit, nisi quatenus illud est in actu: ⁊ postq̄ est extra corpus, silr nō intelligit, qd intelligit, nisi illud actu sit, ⁊ dum deū beatifice intelligit, eodē modo itelligit deū, vt actu itelligibile est, ergo suū itelligēdi modū nunq̄ mutat. Scōs error est, quia dato q hic itelligēdi modus sit dei: ⁊ cęterorꝫ itellectuū: nō ꝓpterea aīa nr̄a est deus, aut aliqs aliorꝫ intellectuū: qm̄ hūc itelligēdi modū deus hꝫ per eēntiā ꝓpriā. Omne. n. qd deus itelligit, per eēntiam eius itelligit, cęteri itellectᵒ hūc itelligēdi modū hn̄t nullatenus depēdēdo a rebᵒ: at aīa nr̄a aliq̄ modo dependet a rebus: nō. n. intelligē pōt res, nāles: nisi accepit spēs a phātasmatibᵒ: nec res diuinas intuitiue atq̄ beatifice: nisi accepit aliqd a rebus: quo attollaē ad beatificam itellectionē, vt supius diximus: ergo ęquoce quasi hic modus intelligēdi est aię, ⁊ cęterorꝫ intellectuum.

C Refutaē 5ᵃ ratio: ⁊ declaraē per signū quatenᵒ aīa pōt itelligē aliqn̄ sine phātasmate. Cap. LXV.

Argumētabiē etiā per nullū nāle signū cuidēs sciri pōt aīam hīe aliū itelligēdi modū q̄ per phātasma: ğ nālis phus illud ponere nō dʒ. Patet aūt nos posse itelligē sine phātasmate duplici expimēto: altero qdeʒ: quo nos expimur itelligē simplr vlia: quę actu itelligunē sine mā: ⁊ oibᵒ māę ɔditioibᵒ. Ex h. n. scimus itellm nr̄m

nō depēdē

nõ depẽdẽt a mã, vel corpore, vt a subiecto, ex quo: quare ex hoc scimus ipsam posse remanẽ sine eius subiecto: in quo est: quo ↄcesso: scimus ipsam hr̃e post hoc aliquaȝ opationem, aliogn ociosa remaneret: altero ṽo, quo nos expimur velle in ↄ̃riũ illi⁹: ad qd̃ nos mouet corpus. Uolumus.n. aliqñ ea: ad quoꝝ ↄ̃riuȝ nos impellit corpus: qd̃ nõ eẽt, nisi aĩa esset per eẽntiã ab illo libera: quo ↄcesso, scimus ipsam posse remanẽ sine illo: ꝛ cum nõ sine opatione: pȝ nos bonis expimẽtis posse scire aĩam hr̃e aliuȝ ĩtelligẽdi modũ, q̃ per phãtasma. Dicebamus.n. moduȝ eẽntialẽ aĩe eẽ ĩtelligẽ, qd̃ ĩtelligit, quatenus est in actu: hũc.n. modũ semꝑ seruat, quotiẽs modo ipsa repiaẽ.

℄ Refutatur 6ª ratio, ꝛ declaratur quatenus anima separata nõ remanet sine corpore: ꝛ quatenus remanet sine corpore. Cap. LXVI.

Nicoleti opinio. Reterea argumẽtaẽ: Ari. nullaȝ posuit intelligẽtiã sine corpore: quanto minus aĩam: quę est minus separabilis: hoc argumento pceptor noster Nicoletus Theatinus in eo libello: queȝ de immortalitate aĩę ↄscripsit, asserit aĩaȝ post mortẽ vnius corꝑis, effici formã alterius. Imaginabaẽ eniȝ p̃m instãs ĩformationis noui corporis, eẽ p̃m nõ esse p̃oris corporis: nõ eniȝ poterat credere Ari. velle aĩaȝ posse remanẽ sine corpore: cũȝ nec ponat aliquã intelligentiã sine illo, lõge separabiliorẽ. Sed hęc positio,

Cap.58. salua pace tãti viri: est cõtra ea: quę supius diximus. Dicebamus.n. oẽs aĩas solũ potẽtia corpora p̃cedẽ: actu ṽo nullã: qd̃ Ari. signo ꝓbauit, qa nullã habet opationẽ ante corpora: p̃terea tũc aĩa eẽt mobilis, vt p̃mo de aĩa deducit Ari. P̃. Ari. 2° de aĩa cõmẽdat eos: qui aĩam nõ eẽ sine corpore dicebãt. s. tpe, aut ęternitate p̃existẽteȝ: nam hoc ↄcesso: posset accipe qd̃libet corpus. P̃. 12° p̃mę phię ꝓbat nullã formã factã esse ante eius cõpositũ: qꝛ lȝ effectrix cã suũ effectũ p̃cedat: formalis ṽo est simul cũȝ suo effectu. Alia etiã multa ↄtra hãc opinionẽ ꝓbauimus in

li°3 trac. p̃mo. lib. de intellectu. Dicamus g̃ nũc, ꝙ nec opinio vera est: nec arg̃m cogit. Nam post obituȝ sui corꝑis, dupl'r remanet in corꝑe, vno modo habitudine: ꝛ hoc pacto aĩa post obitũ eius corꝑis remanet in eodẽ corpore, nõ per actualẽ illius corporis ĩformationẽ. sed per habitualẽ, siue habitudinalẽ, vt Plato exponit in lib. Gorgię circa finem. Remanet.n. post obitũ semꝑ forma, quę põt idẽ corpus numero ĩformare. Sed dices cur, aliqñ nõ informabit,

Tex.c.41 Plato ↄcessit aĩam aliqñ rediturã. Arist. negat in lib. de aĩa ꝛ lib. de gñatiõe, ꝛ in lib. p̃dicamẽtoꝝ: qꝛ deficit agẽs potẽs idẽ numero corpus facere. Sed dices ergo frustra erit habitudo: lȝ de re hac cõplura in lib. de cęlo p̃mo diximus: nũc raptim dicimus nõ eẽ absurdũ aĩam eẽ vnibilẽ: quę nunq̃ vniẽ ꝑm Aris. modo aliqua in specie sit semꝑ vnita. Scd̃m eiȝ Ari. ęternus est mũdus, ideo semper aliqua aĩa est corꝑi vnita. pȝ ergo aĩaȝ post obitũ corporis remanẽ semꝑ in eodẽ corpore habitudine. Sed dices cur ĩtelligẽtia nõ põt esse actu sine cęlo: aĩa ṽo põt sine suo corpore ꝑm Arist. põt cã reddi ex eo: qꝛ in necessarys possibile est nec̃ium, ꝛ in sempiternis posse est esse: ꝛ

Cõm.34 melius est nec̃iuȝ ꝑm Aris. 2° de cęlo lib. quare cum cęlũ sit ęternũ: si põt sibi intelligẽtia esse vnita: erit sibi nec̃io vnita. At in nobis non est ita: corpus.n. mortale est, ideo lȝ post morteȝ illa aĩa sit vnibilis: non ꝓpterea est actu ꝛ nec̃io vnita: cęlestis ergo aĩa cęlo nec̃io vniẽ necessitate subiecti: nõ aũt necessitate aĩę: at aĩa nr̃a nec necessitate subiecti: nec necessitate aĩę. Est.n. aĩę nr̃ę subiectũ corruptibile: ꝛ aĩa nõ nec̃io a corpore ipso dependẽs. Scd̃o ṽo modo aĩa post obitum sui corporis, remanet in corpore, ꝛ quidẽ actu. Nõ tamẽ in eodeȝ corpore: sed in stella cõpari vel alio corpore. In illo enim corpore assistit, ꝛ in eo sua fruitur opatione, Utrũ ṽo hoc sit ꝑipatheticũ: ꝛ quo signo possit ipse ꝑipatheticus hoc depẽdere: ꝛ qd̃ sit stella cõpar, posterius dicemus. Nũc ṽo pȝ Arist. nullã formam posuisse sine corpore simpl'r separatã: gn aut actu, aut habitudine illa sit in certo cõstituto corpore: qd̃ puto

esse ꝑipatheticũ, vt Arist. ipse 12° p̃mę phię apte testaẽ: Tex.c.17
ꝛ ratio dictat. Est enim aliqua aĩa quę ꝓpter se nõ est separabilis: vt sensitiua: ꝛ vegetatiua: aliqua quę ꝓpter se est separabilis, ꝓpter subm ĩseparabilis: ergo erit aliqua quę ꝓpter vtrũq̃ erit separabilis: talis est intellectiua. Hęc enim qꝛ ĩtellectiua: separabilis est, ꝛ qꝛ corpus eius mortale: etiã erit separabilis. Illę ergo extremę ĩseparabiles sunt actu: altera, qꝛ sua nã depẽdet a corpore: altera, qꝛ eius corpus semꝑ depẽdet ab ipsa: ergo media, cuȝ nec ipsa ab eius corpore nec̃io depẽdeat, nec suũ corpus semꝑ ab ipsa: erit actu qdeȝ aliqñ separata. Habitudine ṽo semꝑ alicuius corꝑis act⁹: quã expõneȝ bonus Simplicius ꝑpulchre notauit in definitiõe data de aĩa, dicẽs ĩtellectiuã aĩam esse actum corporis per se ꝑm habitudinem: nõ autem ꝑm actum.

℄ Refutatur 7ª ratio: ꝛ exponiẽ si est absurdum esse infinitum in actu. Cap. LXVII.

Reterea argumentaẽ: ꝙ data aĩę ĩmortalitate: cũ mũdus sit ęternus, ꝛ hoĩes ęterni in specie per successionẽ: erũt aĩę post mortẽ holum ĩfinitę. Hoc argumẽtũ in lib. de ĩtellectu plene est disputatuȝ. Nũc ṽo dicamus Egidium Romanũ viruȝ doctissimũ dixisse hoc argumẽtũ eẽ nouum: nec erat tp̃e Arist. aliquo pacto notũ: nam si fuisset notũ: Arist. nõ opinat⁹ eẽt mũdi ęternitatẽ: qd̃ ṽo nõ fuerit notũ: ex eo testaẽ: qꝛ nec tẽpore Aueẽ. erat notum: qui fuit quasi sibi coętaneus. Si enim fuisset notũ tp̃e Aueẽ. ille hoc induxisset ad ꝓbãdum aĩę vnitatẽ. Propter hęc bonus Egidius tanq̃ minus malũ ↄcedit Arist. sibi ↄ̃dicere. Ego ṽo dico hoc argumẽtũ fuisse notum tp̃e Aueẽ.

Naȝ lib. destructio destructionũ disputatiõe p̃ma Aueẽ. In sol.du
hoc argumẽtũ ad verbũ fecit: vt eo loco notaui. Scd̃o di by.7.
co Arist. nõ sibi esse ↄ̃riuȝ, nam vt diuus expositor Thomas inq̃t, Aris. ꝓbauit infinitũ nõ eẽ in corꝑibus, vel in numeris, aut in numeroꝝ spẽbus: quę causanẽ ex diuisione corꝑis: nam ↄcesso tali, vel his ĩfinitis: nihil eẽt p̃ter hꝫ, vt Arist. ꝓbat: at in rebus incorꝑeis Ari. nõ negat infinitũ actu esse: ꝛ spẽs numeroꝝ eẽ actu ĩfinitas: quia ex hoc nullũ seq̃tur eoꝝ absurdoꝝ: quę Aris. deducit, vt 2° de ĩtellectu lib. plenius legere poteris. Aliꝗ ṽo phię Aris. nõ ignari dixerũt in rebus incorꝑeis actu ĩfinitũ eẽ posse, imo de facto eẽ, actualitate entis. Nõ aũt actualitate acceptionis: qm̃ nõ tot aĩę accipi possunt, gn plures semper restent accipiendę: sed quãtum hęc valeant: libro de intellectu diximus.

℄ Refutaẽ 8ª ratio: ꝛ ostẽdiẽ aĩaȝ eẽ mediã: lȝ aliquãdo possit ĩtelligẽ sine phãtasmate. Cap. LXVIII.

Reterea argumẽtabaẽ: est forma: cui⁹ opatio est sine corpore simpl'r. s. tanq̃ obiecto, ꝛ subiecto: ꝛ daẽ forma cuius opatio est cum corꝑe vtroq̃ modo: g̃ daẽ media, cuius opatio est sine corꝑe vt subiecto: ꝛ nõ sine corpore, vt obiecto. Nos ṽo dicimus debitũ naturę ordinẽ eẽ, ꝙ deẽ forma: cuius opatio nec e corpore incipit, nec per corpus expleẽ: vt cęlestes aĩę: daẽ ꝛ forma: cuius opatio incipit a corꝑe, ꝛ per corpus expleẽ: vt sunt mãles quęuis. daẽ ꝛ media: cuius opatio a corꝑe incipit: non tñ expletur per corpus: vt ĩtellectiua aĩa: cuius ĩtelligẽ ꝛ velle a corpore incipiũt. Nõ auteȝ expleẽ per corpus: nec per

aliquã corporis partẽ. Hoc pacto ordo debit' est, ꝛ possibilis, vt rõnes demonstrãt, illo modo, vt ipse constituit. Ordo nõ est possibilis: vt pulchre superius diximus.

Refutatur 9ª ratio, ꝛ declaraẽ qũo aĩa separata est hoc aliqd, ꝛ per se subsistens. Cap. LXIX.

Preterea argumẽtabaẽ: si aĩa post mortẽ remaneret, ipa eẽt per se subsistẽs, ꝛ hoc aliqd: quo cõcesso nõ erit forma: qua cõpositum est per se subsistens, ꝛ hoc aliqd. Sed hoc argᵐ nõ cogit: petit tñ magnaʒ qõnem, an. s. aĩa sit per se subsistẽs, ꝛ hoc aliqd: ex eo. n. qꝛ forma est, hoc aliquid eẽ nõ põt. P. Si anima est hoc aliqd, ꝛ per se subsistẽs: erit quoddã indiuiduũ, ꝛ qdẽ in specie cõpletũ: quo ꝯcesso: tũc corpus eẽt ei supaduentitiũ, ꝛ accidẽtale, aut, vt albũ parieti, aut nauis ipsi nauclero: ꝛ sic a corpore nõ acciperet sue spẽi cõplemẽtũ. P. Si aĩa hoc aliqd, ꝛ per se subsistẽs est, nõ videẽ cur corpori debuerit vniri: nã aut illi vnieẽ ꝑpter bonũ eius eẽntiale, aut accidẽtale: nõ ꝑpter bonũ eẽntiale: quia tũc sine corpore nõ posset per se eẽ: nec ꝑpter bonũ accñtale: qꝛ pcipue tale bonũ accidẽtale videreẽ veri notitia: quã humana aĩa per sensus accipit: qui sine corpore esse nõ pñt: At talẽ veri notitiã aĩa hic põt, sine sensibus: ꝛ sine corpore, vt pʒ in his aĩabus: quę puerorꝫ fuerũt, qui anteq̃ in luceʒ ꝯderenẽ, in vtero mortui fuerũt. Hę. n. veri notitiã, atq; rerũ pfectã cognitionẽ hic dicunẽ: quã (vt ꝯstat) per sensus nõ accepunt. P. Si aĩa esset hoc aliqd, ꝛ per se subsistẽs, nõ eẽt forma in alio. P. Si humana aĩa est hoc aliquid, ꝛ per se subsistẽs: aliquã ꝑpriam opatiõem hẽt. Si enim aliqd operuʒ est ꝑpriũ: ipsa erit separata: ergo si ipsa est hoc aliqd, ꝛ per se subsistens: cum ex hoc ipsa sit separata: habebit aliquã ꝑpriã opationem: ꝙ vo ipsa nullã ꝑpriã opationem habeat, ex eo pʒ, qꝛ illa nõ esset nisi ipsum itelligere: qd nõ sine phãtasmate est. Plato in Alcibiade pmo, vbi de nã hoĩs disputat, arbitraẽ aĩam non solum per se subsistere: sed cõpletam suę spẽi nãm hic tradit: asserẽs hoiem nõ cõpositũ ex aĩa ꝛ corpore esse: sed aliud nihil q̃ aĩam vtẽtem corpore. Imaginaẽ enim ꝙ sicut cythare dus est hõ cythara vtens: ꝛ credo hõ instr̃is, qbus incidit, vtens, ita hõ est aĩa corpore vtens. Iuxta hãc opinionem aĩa erit ꝛ per se subsistẽs, ꝛ hoc aliqd cõpletũ in specie: erit ei ꝛ corpus sibi aduentitiũ, vt instr̃m artifici: erit pterea nõ ipsa corpori vnita: sed corpus ipsi ꝑpter perfectioneʒ nõ aĩę, sed ipsius corporis. Insup nõ est ẽm Platonem aĩa forma in alio quasi illud informãs, vel quasi illi accidẽs: sed vtẽs: vt nauta naui. P. Scdm plura aĩa habet opationẽ ꝑpriã: lʒ aĩal humanum nõ habeat illã, vt Plotinus dicit: sed hęc opinio est reprobata ab Arist. ex eo, qꝛ aĩa est actus corpis: quo viuimus. Uiuere autẽ viuẽtibus est esse. P. Si aĩa eẽt forma corporis vt nauta naui, ꝛ vt cythareduis cytharę: tũc aĩa nõ daret spẽm homini: ꝛ aĩali ipsi humano: cuius cõtrariũ videmus: nam recedente aĩa a corpore: illud nõ remanet nisi ęquiuoce. P. Si aĩa esset in corpore, vt nauta in naui, ꝛ vt cythare dus in cythara: tũc vnio animę ad corpus nõ esset nisi accidẽtalis: quo cõcesso, tũc mors, quę est separatio animę a corpore: nõ eẽt corruptio substãtialis: Uerũ de hac positione volumus hęc sufficẽ, qꝛ alibi disputabiẽ lõge diligẽtius, ꝛ rõnibus euidẽtioribᵒ. Illud tñ nũc nobis satis sit hãc opinionẽ nõ esse pipatheticã, vt etiam Põpo. autumat. Alij sunt qui aĩam dixerũt esse oĩno a corpore, qa vel armoniã, vt Empedocles, vel cõplexionem, vt Galenus, vel mixturã, vt Alexãder, vel aliquid eductũ ex semine, ꝛ per corpus existẽs: vt Põponñ. hi ipsaʒ nec per se esse, nec per se existere, nec per se subsistere, nec esse hoc aliquid dicerẽt: sed penitus formã corporis, ꝛ partẽ eius, qd est hoc aliquid: quę opinio reprobata est: naʒ vna aię opatio est itelligere vniuersalia abstracta ꝛ a mã: ꝛ a cõditionibus materię: ad qd itelligere nullũ corporeuʒ instrumẽtum cõicat, ita vt sit intelligẽdi organum, vt oculus vidẽdi. P. Alia eius opatio est velle: qd quãdoq; est corꝑ: quorꝫ cõtrariuʒ corpus affectat: ꝛ appetit: quę oĩa signa nobis sunt, ꝙ aĩa e corpore nõ dependeat: immo sit aliquid ab eo absolutũ per se ens, per se existẽs: cuius eẽ corpus participat: habẽs ꝑpriã ꝛ peculiarem opationeʒ, ad quã corpus nõ est simpliciter necessariũ, sed solũ pro illius acqsitione, ꝛ pro illius vsu dum ipsa est in corpore. Dicebamus enim corpus nõ esse necessariũ ad ipm intelligere ẽm Simpliciũ, nisi pro acqsitione specierũ: qbus aĩa ipsa reddaẽ potẽs elicere actũ suũ: quãdocũq; voluerit. Nõ aũt pro eẽ simpliciter, quãdoqdeʒ illis acqsitis: lʒ ipsa sine phãtasmate actum elicere nõ possit, dum est in corpore ꝑpter nexuʒ ṽtutũ, ꝛ qꝛ dum est in corpore intelligit vniuersale in phãtasmate: tñ simplr põt suũ actum elicere sua nã: vnde de facto post mortẽ elicit, cuʒ nec sibi sint sensus cõnexi: nec intelligat vlia in phantasmatibus: quę sunt in corpore. Patet ergo ex ipso itelligere et velle, aĩam nõ depẽdere a corpe, nec esse per corpus, nec existere per corpus, sed potius corpus esse ꝛ existere per aĩam, vt 2º lib. de aĩa Ari. exposuit. Sed ad qõnẽ quę querit vtruʒ aĩa per se subsistat, ꝛ sit hoc aliquid, ex his nõ apparet respõsio: diuus Thomas, vt potui pcipere in qõnibus de aĩa, arbitraẽ aĩam esse hoc aliqd ꝛ quidẽ per se subsistẽs: nõ ita, vt habeat in se cõpletaʒ spẽm, sed est quasi perficiẽs spẽm humanã, vt est forma corporis. Et si recte percepi, videẽ mihi eum voluisse talẽ distinctioneʒ, ꝙ hoc aliqd, ꝛ per se subsistẽs est duplex: alteruʒ qd nec depẽdet ab alio, vt a subiecto: ꝛ nec ab ipso aliud, vt a forma: hͦ pacto Socrates, ꝛ Plato: ꝛ omne indiuiduuʒ ex materia, ꝛ forma cõpositũ est hoc aliqd, ꝛ per se subsistẽs, ꝛ quidẽ in specie cõpletum: hoc pacto etiam deus est per se subsistẽs: quia a nullo depẽdet, ꝛ nullius est forma: ꝛ iuxta hũc modũ Aueẽ. diceret nullam cęlestiũ animaruʒ esse hoc aliquid, ꝛ per se subsistens: quoniã lʒ ab eius cęlo nulla depẽdeat, vt a subiecto: tamẽ cęlũ ab ipsa dependet, vt a forma. Et per hũc modum anima nõ est hoc aliquid per se subsistẽs, ꝛ in specie cõpletum: quia lʒ ab eius corpore non dependeat vt a subiecto: tamẽ eius corpus ab ea dependet, vt a forma perficiẽte, ꝛ informãte. Alterum vo est hoc aliquid ꝛ per se subsistẽs, quod nõ depẽdet a corpore, vel alioquouis, vt a subiecto: tamẽ ab ipso corpus vt ab eius forma perficiẽte atq; informãte dependet: ꝛ tale lʒ hoc aliquid per se subsistens dicatur: quatenus est ens simpliciter ẽm essentiaʒ eius independens: nõ tamẽ est cõpletum in specie: quoniaʒ est forma sui corporis ꝛ perficiẽs, ꝛ ipsuʒ informãs. Iuxta hũc modũ aĩa est hoc aliquid ꝛ per se subsistẽs: ꝛ quęlibet etiã cęlestis anima: nam nec aĩa intellectiua, nec intelligẽtiarum aliqua depẽdet a suo corpore: lʒ corpus ab ipsa, vt a sua forma depẽdere videtur ẽm Aueẽ. Quia vo hoc tale per se subsistẽs perficit corpus, nõ est cõpletuʒ in specie. Ad hoc enim vt aliqd dicatur cõpletuʒ in specie, nõ modo requiritur, vt ipsum a nullo, vt a subiecto depẽdeat, sed vt ab ipso, vt a forma perficiẽte, nulluʒ corpus depẽdeat. Et qa nõ est cõpletum in specie: ideo nõ habet operationẽ, ad quã saltẽ acgrẽdam, vel per accidẽs eius corpus, qd pficit, non ꝯcurrat, ideo aĩa (lʒ sit hoc pacto hoc aliqd) ꝛ per se subsistẽs, nõ habet opationẽ, qn ad illam aut acgrẽdã, aut exercẽdaʒ per accñs: aliqñ corpus ꝯcurrat. Ex his pʒ diã iter hoc aliqd pͦ modo, ꝛ 2º modo: nam hoc

nam hoc aliqd primo modo habere pōt opationē ppriā a nullo extra se dependentē, nec pro fieri, nec pro vsu facti: At hoc aliqd scdo mō saltem pro fieri reqrat id: cuius est forma perficiens, pro vsu facti vo, nō nisi p accidens dū est in illo: dicebamus.n. animā reqrere phātasmata, ⁊ organa corporea, in qbus phātasmata sunt, vt colores in pariete, pro acquisitōe specierū: nō aūt pro electiōe sui actus, nisi dum est in corpore, vel pter nexum virtutū: vel qa dum est in corpore nō intelligit nisi vlla in phantasmatibus: quę sunt in corpore. ¶ Ex his vlteri9 appet obiecta nō cogere, primū quidem nō: quia nō est incōueniens animā esse hoc aliqd per se subsistēs, ⁊ formā corporis: qm̄ nō est hoc aliqd primo mō: sed scdo mō. Scdz etiaz deletur, quia si anima esset hoc aliqd ⁊ per se subsistens primo mō, esset in specie completū: esset.n. tūc sm omnes cōditiones hoc aliqd. Hac rōne pz φ nec corpus aię: nec anima corpori est quid aduentitiū: qñqdem aia est hoc aliqd, ⁊ forma pficiens, vt dictum est. Tertium refutat, qr anima vnitur corpori, ⁊ pter bonū corporis essentiale, ⁊ pter bonū essentiale compositi ex anima, ⁊ corpore, ⁊ pter bonū accidentale aię, quę est notitia veri: Cum vo dicebat puerorū aias habere rerū cognitionem, ⁊ non per corpus: de hoc postea dicemus copiosius: nūc vo peripathetice arbitror esse dicēdum illas animas nihil veri cognoscere: imo post obitum nihil penitus intelligē. Aristo.n. voluit phātasmata esse necessaria ad intelligere, saltem pro acquisitōe specierū: quib9 aia reddit potens suum actum elicere. Cum igit animę taliū nūq̄ aliqd in phantasmatib9 acceperūt: potentes nō sunt earū actuz elicere: ppterea Aristo. diceret has aias frustra eē: cum nunq̄ ppriam operationē attingere poterūt. Catholici vo dicerent, ⁊ has aias, ⁊ aliquorū hoium post mortez intelligere nō res nāles: sed aliqua, quę nō ex vi spēi humanę, sed ex vi separatōis intelligerēt. Aię.n. ex vi separationis intelligunt post mortē aliqua de pęnis ⁊ pmijs, de separatōe, vt φ nō amplius sunt in corpore ⁊ hō: quę nō vi speciei intelligi pñt, sed vi separatiōis: Utrum vo Aristo. hęc diceret, postea erit disserēdum. Quartū etiaz nō cogit: diximus.n. hoc aliqd scdo mō posse esse hoc aliquid pro se subsistens, ⁊ formā corporis: qm̄ nō est completum in specie. Quintū deletum est, diximus.n. aiam nō habere ppriam operationē, ad quā saltem corpus nō cōcurrat pro fieri: ⁊ pro vsu facti dum est in corpe: dicemus enim ipsaz nō esse hoc aliqd cōpletum in specie: tñ habet ppriam operationē, quatenus acquisitis specieb9 ipsa per se pōt elicere suū actum: ⁊ hoc ex eo sibi competit, qa nō depēdet a corpe, vt a subiecto. ¶ Sed adhuc dubitatio occurrit nō parua: nam post mortez aia remanet hoc aliqd, ⁊ per se subsistens, cum habeat ppriā operationē, ⁊ qdem sine corpore: ⁊ nullius corporis est forma: Utruz ergo sit completa in specie: videt.n. φ sic: est eniz per se subsistens, ⁊ hoc aliqd: habet ppriam operatiōez, ⁊ nō est forma corporis: ergo est completa in specie. Accedit φ si nō erit completa: ppetuo stabit sine suo complemento: ⁊ ita quasi violenter. Ego dicerē talem aiaz nō eē completā in specie, lz habeat oia illa: qm̄ ad hoc, vt aliqd sit cōpletum in specie, requirit, φ nec acceperit aliqd ab eius subiecto, quo reddat potens agere: nec sit aptitudinaliter adhuc illius forma. Nō anima accepit species a corpe: ⁊ post mortez aptitudinalr est forma sui corporis: ad qd semper seruat habitudinē. Cum vo dicebat aiam remanere aliqd violenter: respōdetur nō esse absurdum sm quid: lz simpliciter nō sit aliquid violentum. Ꝑ. non est absurdum hoc esse sm indiuiduū, modo non sm totam speciez tale sit. ¶ Ex his apparet quomō anima sit hoc aliquid ⁊ per se subsistens: ⁊ quomō nō: hactenus de nona ratione: ex solutione none rationis mox patet refutatio decimę rationis: diximus enim nō esse absurdum animā sm indiuiduuz stare in finito tempore sub modo imperfectiori, ⁊ finito sub modo perfectiori: modo in specie semper ⁊ infinito tempore aliqua sit sub modo perfectiori: vt est in proposito: semper eniz est aliqua anima cum suo speciei complemēto: ⁊ semper aliqua vnita corpori: semper etiam aliqua imperfecta: lz sm substantiaz vtroqz modo sit ęque perfecta.

De aiab9 puerorū.

¶ Repetit vndecima rō, ⁊ cōplura dubia d aia post mortem quęruntur. Cap. LXX.

PReterea argumentabat, de loco aię, cū.n. definit corp9 informare, si ad locuz pficiscit, qd est an ad illuz motu, an alteratione pficiscat: nō.n. vi aliquo mō, cū sit ipsa indiuisibile qd: qd moueri pōt 6 physicorū. Sin aūt remanet nullibi phiberet nihil eē aliquas intelligētias sine corporib9 nullibi existes: qd Aristo. negat. Sz de aia post mortem, nō hęc tm̄ dubitāda sunt: Primo.n. dubitatio esset qnaz esset illi locus: Scdo dubitarē an exiens pficisceret in dextrū, an sinistrū, an sursuz an deorsuz: ⁊ rursus q̄uis loco: an nālr, an volūtate, ⁊ electiōe, ⁊ quouis mō, an ipsa cognoscat locū, ad quē delata eēt: an vt lapis sine cognitōe ad centrū: ita ipsa ad locū pficisceret: an ipsa cognoscat se mouē ad illuz: ⁊ postq̄ peruenit, cognoscat se puenisse. Ꝑ. Si exit corp9, vtrū cognoscat se exisse ipz. Ꝑ. Si aia definit informare: an successiue, an subito definit informare. Insup vtrū oluz aiarū vn9 sit cōis locus, an diuersi. Ꝑ. Utrū oēs aię in eo loco sint eqlr affectę, an diuersimode. Adhuc vtrū post mortē aię patiant, aut gaudeāt, ant affectu aliq̄ afficiant, quo in vita nō affici dicebant. Ꝑ. Utrū post mortē eorū amicorū, ⁊ ppiquorū mutatiōes cognoscat, aia q̄rū ⁊ in vita cognouit. Rursus an cognoscat singularia. Insup an post mortē fruet scias hic acqsitas, ⁊ vtutes oēs: q̄s ex actib9 nacta est, ⁊ an illis vti possit. Ꝑ. Utrū post mortē aię se cognoscāt, ⁊ an altera alterā alloqui possit. Post hęc maxia qd est, si aia pōt post mortē locū mutare, ad quē pfecta, vl dputata erat: ⁊ nobis apparē. Ꝑ. Si imutabilr vult oē: qd vult, ⁊ cōplura alia, q̄ d aia sepata q̄rūt, possēt disputari: sz hęc sufficiāt.

¶ Quę peripathetici dicerēt de his qōnib9. Cap. LXXI.

DE ijs igit qōnib9, qd peripathetici senserint, qdue eorū pnceps Aristo. nō leue est disserē: Scim9.n. qōnes hasce tpe Ari. nō fuisse notas, ppca ad eas nec Arist. nec pipatheticorū vllus rñdit vt peripatheticus. qñqdē ad eas Aristo. rñdere nō potuit nec ex his, quę dixit, nec ex mō suo philosophādi: nec ex rōne tradēdi. Ex his.n. q̄ ipse dicit, has qōnes definire nō potuit: qm̄ in libris, q̄s hēm9: nihil tradidit nisi sciētifice, aut phabilr: modo hę qōnes nec sciētifice: nec phabilr definiri pñt. Sz p maiori pte p credita, vt dicem9. nec ēt ex mō philosophādi: arbitrat eni sciētē ea debē docē: q̄ ex sensib9, memorijs, ⁊ experiētijs colligi pñt. At qōnū harū vītas p maiori pte captum nrm, ⁊ sensus excellit. nihil.n. in sensib9 repit q̄ possim9 d aia sepata has qōnes dfinire: Rursus nec ex rōne tradēdi: qñqdē Arist. p9m, ⁊ pcipuū tradēdi argm demrationē eē fatet. At ɔstat hec p maiori pte demratōe tradi n̄ posse. Q̄re ex his, q̄ dixit: ⁊ ex mō suo philosophandi ⁊ ex argto tradēdi solū hre possum9 aiaz remanē post mortē: ex his, quę dixit, qr plra dixit ex qb9 apte hr aiaz remanē post mortē: cui9 vba supi9 iduxim9. Ex mō vo philosophādi: qr experimur quędā quę nobis dant aiam nō dependere ex corpore: vt intelligere, ⁊ velle. Ex ratiōe vo tradendi:

qm pluribus rõnibus eam e corpore nõ dependere pbatum est. Utrum vo ipsa cum desinit corpus informare, feratur in alium locum, vel nullibi remaneat, ex ys, quę dicit, vel ex ys: quę sensibus subiacēt: respōdere nō pōt. Ad hęc qs sit animę separatę locus, & an cū exit, dextrū, vel sinistrū petat, An nāliter, vel volūtate: Aristoteles etiā nullo pacto definire pōt. Itē. An cognoscat locum, & reliqua: Aristoteles minime definire pōt. Quare ea solū scire pōt, quoꝝ est in sensibus aliquid: e quo facile possumus illa pbare. Plato vo: cuius modus philosophandi fuit ex intelligibilibus ad sensibilia, has qōnes & plures soluere pōt, nam arbitratur esse bene dicta: quę intelligi possunt, atq; rōni nō repugnāt: vt in Parmenide p3: vbi ideas posuit separatas, qa sic intelligi possunt: Et qꝛ rōni nō repugnat. pōt etiā hęc definire ex argumēto tradendi: qngdem Plato nullam demrātōis rōnez: sed primā pręcipuāq; virtutē fidem cōstituit, per quas res diuinas merito colendas existimat: vt in Timęo: libro de legib⁹ pmo, & 12°. Cum igit Plato in his, quę nō apparent: fide vsus sit, & maioꝝ auctoritate: iure has qōnes facile definire pōt. Accedit q plura dixit, ex quibus pōt qōnes facile determiare. Quare si quis vellet dicere de aīa separata nihil aliud sciuisse Aristotelē, nisi separabilitatē: nō male diceret: Cum .n. cętera nō dubitarit: eū illa ignorasse, nec scire posse: non est temerariū fateri. Possemus tamē nos apud quos qōnes istę emerserūt, coniecturabiliter definire vel per ea, quę sequūtur ex his, quę Aristo. dixit, vel nō cōtradicendo his, quę dixit. Possum⁹ etiam soluere illas ex ys, quę Plato dicit, & ex ratiōe tradendi Platonica: & ex modo philosophandi. Possumus etiam qōnes has catholice definire: qd quia nostrum ppositū transcēdit, hunc modū theologis reliqui. Quare dato q peripatheticus qōnes hasce ignorauerit nō debet negare separabilitatē animę, quā & ex his, quę Aristoteles dixit, & ex modo philosophandi: & ex argumēto tradendi scire videt: Hęc generatim de his qōnibus.

Soluit pma. q. & declarat an aīa, cū exit a corpe motu, an alteratōe ad locū sibi ppriū pficiscat. Ca. LXXII.


Et vt diximus: l3 veritatem harꝝ quęstionū peripatheticus determinare nō possit, nec ex his, quę Aristoteles dixit: nec ex modo, quo Aristoteles philosophat⁹ est, nec ex argumēto: quo in philosophādo est vsus: Enitemur qōnes hasce definire vl ex his, quę sequūtur Aristotelis dicta: vel ex his: quę non cōtradicunt eis, quę ipse dixit: vel ex his quę Plato tradidit, aut ex eiusdē philosophādi modo: aut ex argumēto: quo philosophat⁹ est de reb⁹ diuinis. s. per fidem, & maioꝝ auctoritatē, accipiētes a nostris sanctissimis viris: quoꝝ nulla maior auctoritas est: Sic .n. quę Aristoteles incępit, nos pficiemus. Ex ipso .n. & ex eius philosophādi modo: & ex argumēto, quo in philosophādo est vsus: solam habem⁹ intellectiuā aīaz nec ortam esse ante corpus: nec mori cum corpore: nec vnam omniū esse, imo esse formā humani corporis multiplicatam pro corpoꝝ numero: vt diximus auctoritatib⁹, & rōnib⁹ ex eo acceptis. Quum ergo quęritur an aīa post mortem in aliquo loco remaneat, vel nullibi: & si in aliquo: vtrum motu locali, an alteratione ad illum accedat, vt peripatheticus dicerem apud Aristotelē nō esse nisi duplicem locū, Alterum corpoꝝ circūscriptiuū, Alterū spirituum per operationē, vt primo de cęlo declarauimus:
p de celo T.cō.22. Aristoteles enim auctoritate barbaroꝝ, & gręcorum deo
T.cō.100. assignauit cęlum pro loco: & dys etiā cęlum eodē libro:
T.cō.25. & vt inquit Auerroes 2° de cęlo: Aristo. 8. libro physicoꝝ primū cęlum deo locū ascribit: In scdo vo de cęlo, ottū: & hoc ex eo: quia illic apparet operatio. Quia igit anima post mortem circūscribi nō potest ab aliqua corporis superficie, circūscriptiue nullibi esse pōt: quia vo eius operatio nullibi apparet, imo extra se nihil agit, in re nullibi esse poterit per operationē. quo fit, vt post mortem ipsa nullibi esse possit: l3 sit ens in rerum natura existens. Aristoteles enim contra antiquos 4° physicoꝝ inquit, l3 oē qd est in loco, sit ens: nō tamē omne ens est in loco: remanet ergo anima post mortē, & quidem ens in rerū natura existēs: nō tamē in aliquo loco. Accedit ad hęc, q ipsa est fm veriores peripatheticos idiuisibilis, modo rei indiuisibili cum motus attribui non possit: iure nec locus assignandus erit: remanet ergo anima post mortem ens ęternum: l3 in nullo loco. Cum igitur anima desinit corp⁹ informare, desinit esse in loco: in quo erat per accidēs ratione corporis: non tamē desinit esse: cum remaneat ens ęternū, & imortale. Platonici vo, vt Alcinous, si recte pcępi tres loci species posuit, Primū circūscriptiuū, quo corpora & magnitudines locantur. Secūdū definitiuū, quo spiritus, & substātię limitatę, atq; finitę statuuntur. Tertium per opatione, quo locauit deū in cęlo, vbi eius velocissimus motus apparet: diffinitiuus locus est, quo res definitur ita hic esse, q non alibi: qm si ageret, ita hic appareret eius operatio, q nō alibi. Hanc triplicem loci speciē Scotus vir doctissimus vt peripatheticus asserit: nec ab ratione: cū3 .n. omnis substātia siue corporea, siue incorporea pręter deū sit limitata: omnis talis, si ageret: ita hic, q non alibi agere posset: ergo ita hic, q non alibi definienda est, erit ergo alicubi definitiue: qua ratiōe fit, vt omne quod est in loco circūscriptiue, sit in loco, & per operationē, & definitiue: contra vo nequaq̄. Et omne qd in loco est definitiue, in loco est per operationem, si agit extra se: & nō ecōtra: Deus ergo solus per eius operationem locādus est. Tunc si hęc cōcedantur, dicerem post mortem animā remanere in aliquo loco definitiue: quicunq; ille sit: nā3 postea dicemus: ad pręsens tn̄ sit stella compar: vel cęlum empyreū. Et cū quęrit alteratiōe, an locali motu ferat ad illū: dicerem (si verū est q indiuisibile motu cōtinuo moueri nō possit) illam in eū locum subito mutari, quia pmū instans, quo illa est in stella, est primū nō esse hominis, & sic nec alteratiōe, nec motu locali illa fertur in stellam: sed mutatur ad illam per subitariā mutationē, quō si daretur vacuū: graue fieret deorsum: huc vsq; sic rn̄dendo: l3 respōsionē pbare non possim, ys, quę Aristo. dicit: nō aduersor. Qui vo diceret indiuisibile motu ɔtinuo moueri posse: vt Scotus arbitratur, & quidem nō cōtra Aristo. rn̄dere posset eam post mortē ferri ad stellam motu locali, quāto vo tempore, & quo motu nobis ignotū est ex his, quę nostris sensibus subiacent. Thomas vir doctissimus & oīum meo iudicio peripatheticoꝝ pnceps, imaginat eo mō moueri aīam, quo & angelus fm theologos mouet. Mouet aūt angelus, quo est in loco: est aūt angelus in loco fm contactū virtutis, vtpote qa illic agit: vel quia illic agere pōt: ideo mouet quatenus sua virtute diuersa loca tangit, nō quidem simul: sed successiue: quo fit, vt motus aię sit aliud nihil q̄ diuersi contactus, quibus ipsa diuersa loca tangit sua virtute. & quia hi contactus nō necessario sunt cōtinui, sed successiui, cum diuersa loca tangere non possit simul: ideo aię mot⁹ ęquiuoce dr: vtpote discretus. Utrū vo possit esse aliqua ɔtinuitas, Thomas exponit, de qua nobis nulla sit cura: sufficiat autem nobis dicere animā non esse in loco, per hoc q continetur a loco: sed poti⁹ qꝛ sua virtute illum continet, sic mouetur non per hoc q ipsa successiue cōmensuretur loco: sed per hoc q succes

pria pte q.52 articu. p.

ſue ſua virtute diuerſa loca tangit: poteſt ergo dici aīaʒ poſt mortem moueri: non quidem motu vniuoce dicto cōmenſuratiue mutādo loca: ſed ęquiuoce dicto: virtualiter illa contangendo: vtrum vo proficiſcendo ad ſtellam: neceſſe ſit pertranſire medium: queſtio eſt catholica: quā viri ille perpulchre determinat. Patet autem hāc determinationē ijs, quę Ariſtoteles dixit, non aduerſari: quia lʒ talem motuʒ nō nouit Ariſtoteles: ille eis, quę dixit nō contradicit: cum ſolum locutus ſit de motu corporum. Eſt tamē bene verum nos talem motum non poſſe probare ex his, quę ſenſibus ſubiacent: Sed nobis conſtat pura fide: qua Plato vſus eſt in rebus diuinis. Hierardus vir doctiſſimus, ꝛ nō ignar⁹ peripathetice doctrinę compluribus argumētis arbitratur omneʒ formam, etiam intellectiuaʒ animā eſſe diuiſibilem: atqʒ extendi corporis dimenſione: ſi enim dimenſio pręcedat animę receptionem / ipſa extenditur, quia recipitur in ſubiecto quāto: vt Auer. inquit in libello de ſubſtantia orbis. Sin auteʒ dimenſio animę receptionē ſequatur: cum anima ſit pars compoſiti quanti, vel imediata ratio recipiendi quātitatem: anima ipſa extendatur, neceſſe eſt. Quod ſi hęc poſitio vera ſit, dicere oportet animā poſt morteʒ remanere extenſam ea. ſ. extenſione, quaʒ accepit a corpore: quo conceſſo, ꝛ eam moueri ꝛ in loco eſſe etiam circūſcriptiue nihil ꝓhibebit. Hanc opinionē Philoponus in his cōmentarijs olfecit, q̄ in libris de aīa ſub Ammonij doctrina conſcripſit. Dicit enim intellectiuā animam in corpore nactam eſſe quādam corporeitateʒ: qua ꝛ moueri, ꝛ in loco eē, ꝛ pati poteſt: imo ꝛ nobis apparere: vt nō ſemel in corporibus mortuis ſpectata eſt. Hęc poſitio ſi vera ſit, nō affirmo, vtrū defendi poſſit, q̄ vult, quęrat: ſatis eſt nobis per multiplicem viam nō a mente Ariſto. alienā dubitationē hoc pacto definiſſe.

Eodē libro eadē q̄r°. x°.

¶ Soluitur ſcd̄a q̄ō, ꝛ determinatur d̄ loco animaꝝ poſt mortem. Cap. LXXIII.

Erat ſcd̄a queſtio de loco animaꝝ poſt mortem: ꝛ quis ſit, ꝛ qualis. Hęc eniʒ queſtio pro magna ſui parte ex his, quę diximus capite proximo: definita eſt: nam ſi duplex ſit locus tm̄, aut per operationē, aut circūſcriptiuus p̄ ſuperficiē corporis ambientis: dicemus animā poſt mortem nullum tenere locum: lʒ remaneat ens ęternum, ꝛ īmortale: nam lʒ omne qđ eſt in loco: ſit ens: non tamen omne ens eſt in loco: Plato enī in Parmenide ideas poſuit, quas ſeparatas a ſingularibus arbitratur eſſe: eas tamē nullibi ſtatuit: niſi per indiſtantiaʒ forſitan in ſingularibus eſſe dicātur. Argumētuʒ rei huius eſt, q̄ poſt morteʒ anima nullam habet operationē extra ſe nobis apparenteʒ. Ergo per operationē non poteſt eſſe in loco: ipſa non eſt corpus ſm̄ veritatē, ergo non eſt in loco circūſcriptiue. Qđ ſi dicatur, pari ratione poſſe dici plures eſſe ſubſtātias ſeparatas nullibi exiſtentes: qđ eſt cōtra Ariſtotelem: Facile reſpondeꝰ Ariſtotelem nō poſuiſſe ſubſtātias ſeparatas pręter eas, quaꝝ aut apparet operatio: aut aliquādo apparuit, lʒ ergo animę operatio poſt mortem nō appareat: apparuit, ꝛ talis: quę dedit animaʒ remanere. Poſuit ꝛ animas cęloꝝ, q̄ illarum operationes nunc, ꝛ ſemper apparuerint. Sin aūt dicamus aīaʒ eſſe in loco vel definitiue / ſi ſubſtantia ſit indiuiſibilis, ꝛ limitata: vt eſt rei veritas: vel circūſcriptiue ſi ſit corporea, vel diuiſibilis, vt eſt opinio alioꝝ: de loco eius poſt mortem nō parua queſtio erit. Albertus in eo libro, quē de origine animę conſcripſit, cum inſpexiſſet animaruʒ locum nō eſſe ab Ariſtotele definitum / proceſſit auctoritate Socratis, Platonis, ꝛ Speuſippi: Aſſerens aiarum locum eſſe ſtellam comparem ei corpori, in quo pręfuit. In hāc. n. venire aīas aſſerit, bn̄ficoꝝ hōiuʒ aīas dicit in illa beata vita frui ꝑpetuo, maleficoꝝ ꝑpetuo triſtari, miſeria ſemper affici. Quid vo ſit hęc ſtella cōpar: libro de intellectu 2° diligēter expoſui: Nunc vo dicamus cū planetaʒ de quinque erraticis eſſe: quę in genitura hominis dominiū aſſumpſit: cum eniʒ corpus humanum virtute huius factum fuerit, ſtella virtute ſaltem ſemꝑ illi corpori compar, atqʒ perſimilis dicetur. Hac ratiōe aliqui Jouis filij dicti ſunt, alij Saturni, alij Martis, Veneris alij, ꝛ Mercurij alij: Quod. ſ. in coꝝ genituri Jupꝑ iter, aut Saturnus, aut Venus ꝓfuerit, virtute cuius corpus humanū compar, atqʒ illi perſimile dicetur: In hac compari ſtella Plato animas creatas ante corpora tradit, deſcēdere vo ad corpora comparia, quę ſtelle ſimilia ſunt, redire vo poſt mortem ad ſtellam, iterūqʒ ꝛ ad corpora anno maximo reuoluto / reuerti, fieri hoc viciſſim tempore infinito. Albertus ergo arbitratur animas non redire ad ſtellam, cum in ea nō pręfuerint, Sed ꝓficiſci poſt obitum, vt in illa ſua virtute fruaꝰ: atqʒ malitia triſtetur, vt dicemus. ¶ Sed ꝫ hāc opinionē occurrit nō leuis dubitatio, nam corpus alterius hominis longe eſt ſimilius hoīs corpori prius corrupto, q̄ ſtellę quouis mō compari: ergo poſt morteʒ potius erit, vt in loco in corpe alterius hominis, q̄ in ſtella: Accedit ad hęc, q̄ fieri pōt, vt corpus ſuccedens ſit etiam virtute ſtellę prioris genitum, atqʒ cōſimilibus diſpoſitionib⁹ affectum, Ergo eē poteſt locus animę poſt morteʒ prioris corporis ipſi perſimilis. Defendi poteſt q̄ aliter eſt de loco, aliter de ſubiecto alicuius formę. Locus ęternę rei nō poteſt eſſe niſi ęternus, vt Ariſtoteles inquit libro de cęlo primo, at formę ęternę ſaltem a parte poſt ſubiectuʒ eſſe poteſt temporale, cuʒ nō ſit ſimpliciter ęterna. Anima ergo Socratis poſt mortem nō pōt eſſe in corpore Platonis etiā ſibi ſimillimo, quia vel erit in eo, vt in loco: ꝛ hoc nō, q2 Platonis corpus nō eſt ęternum, nec vt in ſubiecto, quia nō ſolum requireretꝰ ſimilitudo diſpoſitionū, ſi deberet aīa illud Platonis corp⁹ informare, ſed diſpoſitionū numeralis identitas. quare reſtat ſtellam comparem aſſignari poſſe pro loco aīę, qm̄ ei ſimilis, ꝛ perpetua eſt. Corpus aūt Platonis lʒ ſit ſimile, nō tamē perpetuū. Ex hoc apparet cauſa cur aīa deſinēs informare corpus Socratis, nō incipit informare corpus Platonis, vt Landauenſis deducebat, nam nō ſolū diſpoſitionū ſimilitudo reqriꝰ, ſed idētitas: quare lʒ diſpōnes corporis Platonis eſſent ſimiles diſpōnib⁹ corporis Socratis, aīa deſinens informare Socratis corpus, nō incipiet corpus Platonis īformare: cū diſpōnes numero nō ſint eędē in vtroqʒ: Quod Landauēſis nō aduertit. Hęc ręſio lʒ ꝓbari nō poſſit ex his, quę nr̄is ſenſib⁹ ſubiacent, nec demōſtratōe, nec ex his, quę Ariſt. dicit, eſt ꝯiecturabilr ꝓbabilis, ꝛ nō aduerſaꝰ his, q̄ Ariſt. dicit. Has ſtellas cōpares fortaſſe Plato in Gorgia per beatoꝝ inſulas intelligit, ꝛ Ariſt 7° politicę, ꝛ 2° iconomicę. naʒ qualibet ſtella ſolitudine aſpect⁹ inſula in cęlo iudicaꝰ. Verū mihi non ꝯſonat, vt vnus idēqʒ locus ſit beatoꝝ, ꝛ triſtiū: vn̄ nec ſanctiſſimi viri h̄ affirmant, ꝑpea Platonicę dicēduʒ eſt eā ſtellam beatā aiaʒ petere, cuius ſilitudinē ex vſu virtutū, ꝛ reꝝ quas intellexit, in corpe nacta eſt, vt in Timęo ingt Plato: Aia enī quę ſe exercuit in mercurialib⁹, ſi poſt mortē mereꝰ beatitudinē: ad ſtellaʒ mercurij ꝓficiſceꝰ, Si exercuit ſe in ſaturnijs, merēs beatā vitā ad Saturnū ꝓficiſceꝰ: Quę vo praue hic vſa fuerit i corpe, detrudiꝰ ad iferos ſʒ Pla. in phędone: vel infra lunarē ſphęram in h̄ infero mūdo lugebit: quę res magis mihi plʒ, naʒ cū aię pares nō ſint

Trac. 3°. cap. 6°.

T. cō. 22.

nec locis pariter gaudebunt: Juxta ergo hęc duo aiabus
assignabimus loca: prauoꝝ quidem hoiuni, dabimus in/
feros, hoc est mūdum hūc nostrū, cū nō meruerint cęluz
scandere, eorum vo/qui pie, iusteqз vixerunt, dabimus
beatoꝝ insulas, cum dijs ipsas associādo: quę sunt stellę
animabus compares, nō quidem quibus animę sint cō/
pares ex natura, sed ex acquisitione virtutuз, qbus effe/
cte sunt dignę scādere ipsum cęluз: in quo gentilitas cre/
debat hoies deos fieri: aut heroas. Hanc rem Aristo. 7°.
politicę affirmat, cū inqt, Multa igit̃ iusticia, multaqз
temperātia indigent hi: qui in optimo statu constitui vi/
dentur, ⁊ in fruitione omniū reruз, quę beatos facere pu
tantur: veluti si qui sunt (vtpote) tradūt in beatoꝝ in/
sulis. Qđ si bonis Aristo. hęc loca assignauit, malis aliuз
assignare coget̃. Alij maloꝝ aiabus tartarū dederunt lo/
cum, de quo postea, beatoꝝ vo campos elysios: nec fece/
runt differētiam inter insulas beatoꝝ, ⁊ campos elysios.
sed vbi sint campi hi elysij, nō leuis ē qō: Naз alij in me
dio inferoꝝ collocarūt, vnde Virgilius Solemqз suū,
sua sidera norunt. Hetiā inquit, His demū exactis pfe
cto munere diue, deuenere locos letos, ⁊ amena vireta/
